



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

5 An minor læsus in spiritualib. restituendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

ramento, arg. 2. de debitores. cap. 1. cap. si vero. de iure iur. tametsi ne-

Obiter tamen admonendus est lector in ea questione, verum sit necessaria ad effectum agendi Absolutio à iuramento per metum præstito in his contractibus, qui alioqui sine iuramento minime obligant, aut rescindi possunt: aut eo accedente potissimam vim consequuntur, iuxta e. ap. cum quibusdam. quibusdam pactum. a. ubi sacramenta puerum. scripsisse in praxi à iudicibus secularibus actionem admitti, nulla præmissa absoluteione: ex sententia Panorm. in d. d. cap. cum con-

agere contendit. is etenim illius canonis finis est, ut iudex ecclesiasticus cogat iuramentum fidem religione itabiliter observare. Nec video qua ratione secularis iudex incompetens sit ad cognoscendum, an ex iuramento vim aliquam contractus acquirerit. Nam si cum ad hoc non esse idoneum iudicem fateamur, plura iudicia quæ passim ab eo iure tractantur, ex iurisdictionis defectu plane everti possent. Si vero concessa absoluteione ad effectum agendi, agat quis coram iudice ad rescissionem contractus: alter autem petat illud iudicium proponi ac deduci coram iudice ecclesiastico, qui absoluteionem concesserat: nullo iure hoc petit: siquidem ratione iuramenti non est ad ecclesiasticum hæc quaestio deferenda: cum non agatur ad observationem iuramenti: ac per absoluteionem præmissa sit sublatus effectus illius constitutionis, que vlt. est de foro competenti. in 6. vt existimant Abb. in c. 1. de iure iur. vlt. verum remedium. & vlt. h. vlt. autem d. scilicet. & Felin. collat. 3. vlt. sed hoc non placet Abbati. Ex quibus illud apparet, quod quibusdam dubiū videri solet: nempe text. in d. d. vlt. esse intelligendum, vbi agitur ad observationem iuramenti: non autem vbi agatur ad contractus iurati rescissionem obtenta prius absoluteione ad effectum agendi: quod expressim adseruit Deci. in rubric. de iudic. colum. 3. licet falsa ratione vsus, & ideo ab eo discesserit Ripa numero. 28.

His ergo aduersus Baldi doctrinam perpensis & examinatis, deducitur non esse omnino iustum metū: qui aniam forsitan præbuit, vt in praxi opinio Panor. exclusa receptori & sane veriori sententia, reciperetur.

Quin & illud admonendū est: apud iudices Regios, qui prætoris assunt vsu obtentum esse, vt actione admittant aduersus Contractum iuratum, qui tamen rescindi possit ex prætorio, edicto, quod metus causa nulla prius absoluteione impetrata ad effectum agendi, etiam si iuramentum metu quidem præstitum accesserit contractui valido, & qui secluso iuramento, ni metus causam dedisset contractum, validus & firmus foret iudicandus. Cui tamen in hac specie absoluteionem istam exigi ad effectum agendi frequentissime à iuris vtriusque professoribus fuerit receptum, idque procul dubio ex canonibus probatissimum sit.

CAPVT V.

De minore enormiter læso in Spiritualibus: an & is restituendus sit.

SUMMARI A.

- 1 Minor læsus in renunciantie beneficii ecclesiastici restituendus est, etiam postquam beneficium alteri fuerit collatum. & n. 3. vlt. contrariam.
2 Minor quandoque in integrum restituitur, etiam si de iure quod læsus ab- soluti tractatur.
3 In permutatione beneficiorum ecclesiasticorum locus non est auxilio l. 2. C. de rescind. vend. & n. 8.
4 Conferre aut amittere per resignationem beneficia iure sanctorum, an sit illicitum, vel simoniacum?
5 Quid de ea renunciantione, que fit sub conditione, vt beneficium Titio conferatur?
6 Renunciantio beneficii ecclesiastici facta absque Prælati auctoritate non tenet & ibi intellectus ad tex. in c. cum videretur de res. permutat.
7 Intellectus L. quod si minor. §. Scenola. ff. de minorib.
8 Minor an iudicis legitime interesse possit, intellectus c. vlt. de iudic. in 6.
9 Intellectus cap. ad questiones de res. permutat.

Quærit Accursius in l. ait Prætor in princip. ff. de minorib. sitne concedenda in integrum restitutio minori enormiter læso in spiritualibus: & præcipue in ecclesiastici beneficii renunciantione? in qua quidem quaestione ipse respondit non esse minorem, ut quicunque grauius læsum restituendum: quam opinionem probat Cardin. in c. ex parte. de restitut. spolia. quo in loco Bernardus Accursii sententiam admittit, ac veram esse censet, vbi beneficium illud alteri ex ea renunciantione collatum fuerit: quasi secus dicendum sit quando nondum est alteri beneficium collatum. eam distinctionem Panorm. ac cæteri frequentius sequuntur. Bart. quoque, Bald. & Alb. expressius in l. ait Prætor. l. in l. Galus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. numero. 72. Aymon Sawll. consil. 70. Franc. in c. dudum. de præb. in 6. quod probatur. Primo auctoritate Iurisconsulti in l. quod si minor. §. Scenola. ff. de minoribus, vbi restitutio minoribus etiam grauius læsis negatur, si post læsionem bona in alium nouo contractu translata fuerint. not. Barb. consil. colum. penult. Galiaul.

in d. §. & quid si tantum. nume. 97. Secundo, in spiritualibus minor annis 25. maior censetur: & uti maior in iudicio agere potest. *ca. si annuum. de iudi. in 6.* igitur restitutionis beneficium maxime competit minoribus in his, quae spiritualia sunt. Tertio, in matrimonii contractu minor annis 25. nequam est restituendus etiam enormiter laesus, siue loquamur in matrimonio carnali siue spirituali. *Specul. titul. de in integr. restitut. §. qualiter. vers. quid si minor. Bald. in rubr. de iudic. l. l. etiam. colum. 2.* Alber. in l. 1. C. si aduers. do. etiam si dolus causam contractui dedisset *glos. singul. secundum Abb. in c. penult. de his qua vi. cuius mentionem fecimus in Epitome de sponsalib. 2. part. c. 3. §. 7. num. 1. 2. & 3.* quo in loco eius rationem satis aperte demonstrauimus.

Quarto etiam si dubium sit, tan minori concedi debeat in integrum restitutio, ubi de lucro agitur, non de damno: quibusdam adferentibus hoc casu denegandum esse restitutionem, quae damnum eiusque compensationem respiciat. *l. ff. minoribus. de minoribus.* tantum enim in hoc auxilio agitur, ut Restitutio conferat id, quod abstulit laesio: quod in specie notant Cum. & Roman. in l. cum quidam. ff. de acquir. hered. in princ. quo in loco Alexand. Imol. hanc sententiam ut puerilem improbat, existimas post Angel. Paul. Gastr. & Imolam etiam ad lucrum minore restitui, cum & lucrum ipsum vere laesio abstulerit, atque ita cum de interesse tractatur, etiam interesse lucri cessantis consideratur, eiusque ratio habetur. text. elegans in l. 3. §. vltim. ff. de eo quod cert. loc. & in l. sterilis. §. si per venditorem. ff. de actio. empr. *glos. in l. in cap. conqueus. de rursu. quod alibi latius disputabimus.* Sic enim minorem etiam ad lucrum restitui expressim ab Vlpiano traditur in l. sit. Prator. §. vlt. & sequen. l. non. omnia. ff. de minoribus. l. quamuis. 2. resp. C. de iur. & fact. ignoran. not. *glos. in verb. restituumus. in cap. audiu. de in integrum. restitut. & ibi Hostiens. Ioan. Andre. & Abb. Iatus Tiraquellus lib. 1. de retract. §. 35. gloss. 2. numer. 9.* tradit Aretin. & Ial. in l. 3. §. Labeo. ff. de acquir. possess. nu. 15. quali damnum sit lucro priuari. Sed tamen haec restitutio quoties de lucro agitur, minoribus non est concedenda re non integra: nempe cum res, de cuius restitutione tractatur, alteri iam quaesita fuerit. text. optimus in l. quod si minor. §. Scanoia. ff. de minoribus, quem ita expendit Abb. in dict. cap. ex parte. cui maxime accedere potest, quod not. Bartol. in l. etiam. ff. de minoribus. & in l. vlt. C. in quibus caus. in integrum. restitutio non neess. ex quibus videtur, minore qui beneficio ecclesiastico renunciavit, si illud alteri collatum sit, non esse in integrum restituendum, cum de lucro tractetur in ea restitutione. Nam is, qui tractat de beneficio ecclesiastico acquirendo, de lucro, non de damno agit. text. in cap. dudum. de prebend. in 6. singul. secundum Franc. ibi, & Card. in d. cap. ex parte. col. 2.

Quinto, in eisdem sententiae comprobationem facit quod plerique adnotarunt dicentes, non esse locum rescissioni contractus: etiam si deceptio ultra dimidiam contingerit maioribus etate in permutatione beneficiorum ecclesiasticorum, quod not. Bal. quem ibi sequitur Panthaleon Crement. in l. 2. C. de rescin. vend. 29. fall. Ancha. n. 12. Imol. n. 24. in cap. cum causa. de empr. & vendit. Dec. eleganter conf. 201. n. 8. his non citatis, quod si ad tantam auferendam laesionem in permutatione beneficiorum ecclesiasticorum locus non esset auxilio a iure communi concessio: multo minus erit locus remedio, quod iure speciali iuductum est: argu. text. in l. eius. militis. §. 1. ff. de test. milit. §. quia vero. in authent. de non alien. aut permut. reb. eccl. quibus sane potuit persuaderi Philippus Probus in additionibus ad Chosiam in prag. sanct. tit. de pacificis. poss. in verb. impedimenti. ut scriberet seipsum nec vquam vidisse, nec auribus percepisse, in causis spiritualibus, & presertim ubi de beneficiis ecclesiasticis agitur, minoribus restitutionis auxilium concessum fuisse.

Contrariam sententiam veriorum esse iure opinor, atque ita restituendum esse reor minorem laesum in beneficii ecclesiastici renunciatione, etiam si illud beneficium post eam renunciationem, alteri collatum sit. Quod tenent Vincent in c. ex literis. & ea. constitutus. de integ. restitut. Imol. in dict. cap. ex parte. quibus subscribit nouisse Emanuel. a Costa Lufitanus in §. & quid si tantum. 2. parte. numero. 63. his suffragatur regula iuris, quae generaliter statuit minores laesos enormiter restituendos esse: a qua apertissime ostendemus non esse exceptam quaestionem, nec causam hanc, quam tractamus, si ad proposita in contrarium responderimus sufficienter. Quin & Ludouic. Gomez. in regular. Cancellar. de trima. possessio. question. 15. eius opinionis est, ut existimet

etiam in his, quae pertinent ad beneficia ecclesiastica minorem enormiter laesum, restituendum esse, id est prout notauerat Chosias in prag. sanct. tit. de pacificis. poss. in verb. impedimenti. pro quo duci poterit text. elegans in c. cum videretur. de rerum permutat. nam ibidem ex aequitate potius, quam rigore subuentum fuit maiore ex aequitate potius, quam rigore beneficii ecclesiastici: ne decipientibus iura fauorem exhibere videantur. Conueniunt etenim omnes Doctores, ut renunciationem id dimiserat: propter pactioes simoniacarum non fuisse restituendum beneficium illud ei, qui semel per eas ipsius permutationis. Ex his namque pactioes simoniacari debet quis beneficio ecclesiastico *ca. cum olim. iuxta communem eius interpretationem. de rerum permutat.* Pactio autem simoniaca ex eo videtur illi permutationis adiecta, quod facta fuerit ea expressa conditione, ut confanguineo prebenda assignaretur, ut scribitur ibi Innocen. Panorm. & alii, quod falsum est tribus rationibus. Prima quod prebenda statuta in *ca. olim* pertinet ad beneficia acquisita per pactio nem simoniacam, non ad beneficia dimissa per pactio conuentionem, ut aduertit Fortun. in l. iuris gentium. n. 23. §. de pactio. Secunda quod praedicta pactio nem praecessisse non colligitur ex eo capite: & propterea licet praecesserit non colligitur non facit renunciationem simoniacam: cum nihil temporale detur pro spirituali: sed tantum id agatur, ut beneficium ecclesiasticum pacificentis confanguineo conferatur in quo nulla est vera simonia. liquidum & beneficium ecclesiasticum conferre confanguineis, simoniae vitium non habet, secundum Thom. 2. 2. questio. 100. artic. 5. imo nec peccatum est, modo dignis fiat collatio Syluest. in verb. simonia. questio. 16. quibus adde eundem, in verb. renunciatio. questio. 6. Flor. 2. part. titulum 1. cap. 5. §. 11. Felin. in cap. ad audientiam in 2. de rescript. Ioan. Baptista de S. Seuerino in tractat. de permutationibus. quest. 19. Non obstat text. in cap. unico. re. eccl. bened. vii. gloss. in verb. carnalitate. ex eo notat, simoniam esse contra beneficium praetextu confanguinitatis: idem asserit text. in c. nemo de simon. Nam text. in dict. ca. unico. probat illicitum esse sacerdotia hoc titulo conferre: non tamē ex hoc sequitur simoniae crimē committi. multa etenim illicita sunt in his spiritualibus negotiis, quae simoniae nomen non merentur. Deinde non negat ille text. posse hoc ipsum licite fieri: cum secluso sanguinis iure is, cui collatio fit, dignus est illius sacerdotii administratione. Et vere quidē vetitum est in conferendis beneficiis, sanguinis, non meritorii ratione haberi: vnde non iniquum erit: imo profecto aequū, modo quis non cecidit, viros sceleris, & moribus insignes sanguine vero proximis ad haec munera ecclesiastica eligere. Itē quid illicitū agere in his spiritualibus ratione sanguinis malū est, sed non simoniacū exigitur etenim vera sit simonia aliquid spirituale pro temporalis, veluti pretio in conuentione pactioeue adducere: quod alibi tractabitur. Ergo beneficia ecclesiastica conferre, dimittere, aut his renunciare, iure & ratione sanguinis, proprie simonia non est: siquidē sanguinis nequaquam consideratur hic ut pretium spiritualis: licet in proprie hoc dici possit simoniacū, ut Rom. Pon. dixit in dict. c. nemo. quamuis Ioan. Maior in sentent. dist. 25. quest. 3. scripserit, simoniam esse conferre beneficium alicui ratione sanguinis: quod de vera simonia iure intelligi non potest. Sed si quis beneficium conferat alteri, aut ei in alterius fauorem renunciet ea pactioe, ut certis personis, vel alterius rei quantitate semel aut quotannis eius confanguineo habiturus beneficium det, vera simonia committitur ex Tho. dist. artic. quinto. quia spirituale pro temporalis veluti pro pretio datur. Coniunctur ergo ex his pactioe illam, cuius mentionem fecit text. in dict. cap. cum numeris. non fuisse simoniacam, ex eo quod in pactu deducendum fuerit, ut beneficium ecclesiasticū per renunciationem dimissum confanguineo conferretur. Quod si dixeris simonia in ea conuentione commissam esse, quia renunciatio facta fuit ea conditione, ut beneficium alteri conferendum foret iuxta gloss. Abb. & Doctor. in cap. ex parte. in 5. prima. de offic. delegat. & quod nouissime tradit Aymon Samul. consil. 122. dicens renunciationem beneficij factam apud prelatum inferiorem, ea conditione ut Titio eius collato fiat, simoniacam esse. libenter respondeo, vtrumque falsum esse, si proprie quid sit simonia intelligatur. Quid obsecro, temporale in pretium spiritualis datur, vel accipitur ex ea renunciatione? Nihil profecto, & ideo patet, nullam hic tractari simoniam auctoribus Florentio & Syluestro

pro supra citatis. Nec ea conditio illicita est, quamvis pre-
 latus inferior possit eam renunciationem recedat condi-
 tione vti simpliciter factam admittere: & beneficii illud
 alteri, qui eo dignus sit, conferre: cum non teneatur serua-
 re eam conditionem: quandoquidem hæ renunciationes
 in spiritualibus libere & simpliciter fieri debent: quod om-
 nes latentur Ioan. Staphileus de literis grat. & infir. fol. 66. &
 in specie tradit Ioan. Staphileus de literis grat. & infir. fol. 66. &
 sequens, verum Romanus Põtifex passim eas renunciatio-
 nes admittit sub ea cõditione, vt sacerdotia Titio cõferan-
 tur: hoc per renunciationem addito: se nõ aliter, nec alio
 modo renunciare, quã si ipsi Titio conferantur, vt scribit
 Callado de renunciatõ. decisio. vltim. & de Simonia, decisio. 2. à prela-
 tis vero inferioribus non sunt renunciationes in huc mo-
 dum concepte admittendæ. Quod si eas prælatus ad mo-
 dum concepte aderit vitium, saltem simoniæ. quod & Domi-
 nicus Sor. probat lib. de infir. & iure. g. qualis. 7. articulo. 2. imo
 nulli agit contra iuris prohibitionem eas simpliciter admit-
 tens, expressè non adprobans adiectione conditionis: nec
 grate crimen committet prælatus, si ea beneficia conce-
 derit ei, pro quo facta est renunciatõ, modo dignus sit: nec
 prædicta collatio eo nulla erit, quod facta fuerit ratio-
 ne conditionalis resignationis, cum ea conditionalis res-
 nunciatio in hunc sensum prohibeatur, vt ex ea prælatus
 minime teneatur præfere beneficium cõferre ei, cuius fa-
 uore adiecta fuerit conditio. Quin & ipse vtilitatem ex
 æquitate, secluso iuris rigore, rectissime adurum prælatus
 ipsum, qui eam renunciationem admisit simpliciter, non
 approbata conditione expressim, nec ea repulsa, si benefi-
 cium conferat illi, pro quo facta fuerit renunciatõ, modo
 sit eo dignus: nec renuncians decipiatur. Et quamuis alteri
 facta collatio nulla non sit ipso iure, nec possit iuris rigore
 improbari: tamen ab ipso summo Pontifice, cuius supre-
 mis iudicibus forsitan ex æquitate rescindetur, ad effectum
 vt vel id beneficium restituatur renuncianti, vel conferra-
 tur ei, pro quo renunciatõ facta fuerit, quod mihi persuadetur
 ex decisione text. in ca. inter cetera. de præbend. nec refert
 ibi factam fuisse renunciationem causa permutationis:
 competere enim est iure veteri ante decisionem text. in
 Clement. 1. de verum permutatio. prælatus, apud quem est facta
 renunciatõ ex causa permutationis ex summo iuris rigore
 seclusa æquitate, ita potuisse libere conferre beneficium
 ecclesiasticum, cui renunciatum fuerat: sicuti si ex simpli-
 ter renunciatõ vacaret, vt communiter adnotatum est in
 d. cap. inter cetera. tametsi æquitas à Romano Pontifice
 ibidem comprobata dicitur vel reddendum esse benefi-
 cium renuncianti, vel conferendum ei, cuius causa renun-
 ciatio facta fuit.

Atque hæc, quæ de renunciatõibus, quas in fauorem,
 non alias, nec alio modo fieri constat, breuiter diximus: ita
 vera esse censemus, si syncre in his resignationibus res tra-
 diti contingat: in Ecclesiarum publicam vtilitatem: ac si
 et eis, earumve ratione, illicitis pactõibus via aperitur:
 & ad ecclesiasticas dignitates, ac beneficia passim homi-
 nes indocti, pueri, & alijs prauis morib. præditi admitti
 sunt: probis, & doctis, qui nõ magno negotio inueniri pos-
 sunt, conceptis: prefecto eos prorsus à Christiana Repub.
 exterminandos esse & censuram, & iudicarem.

Discrimen vero illud hac in re constituendum est, quod
 iure Clémentinarum cõstitutum, præmissa renuncia-
 tione ex causa permutationis collatio facta alteri, quam ei,
 pro quo renunciatõ præmittitur, est nulla ipso iure: ac col-
 latio facta alteri, quam ei, cuius causa renunciatõ simplex
 fit, non erit nulla ipso iure: licet ex æquitate beneficium
 illud restituatur renuncianti, vel conferatur ei, pro quo is
 renunciauerit. Superest igitur adnotare veram rationem,
 cur ex iure fõmota æquitate in specie capituli, cum vnuer-
 6 nam, & beneficium illud, cui renunciatõ iam fuerat, nõ erat
 necessario restituendum renunciatõ ex causa permutatio-
 nis: quæ tamen effectum non habuerat propter malitiam
 alterius, qui de permutatione tractauerat. Et sane quamuis
 tractari priuatiu possit de permutatione beneficiorũ ec-
 clesiasticorũ, huius tamen tractatus conclusio perfectiove
 est ad Episcopi consensum referenda: & eius autoritas
 omnino exigenda, quem admodũ passim traditur, & præci-
 pue per gloss. Abb. Imo. & Raye. in d. ca. cum vnuerforum. & in
 c. cum olim. de verum permutat. Deci. consil. 141. volum. 1. Paris. consil.
 130. Glos. & Doct. in Clemen. viic. de renunc. S. Thom. 2. q.

100. art. 1. ad 5. Syluest. ve. b. Renunciatõ. 2. quest. 1. vnde fit, vt si
 præcedente tractatu, & conuentione de permutando, fiant
 resignationes mutue in fauorem non reciproca expressa
 causa permutationis apud superiorem, qui nondũ tracta-
 tui conferat, hæ resignationes simplices sunt, ac in fa-
 uorem: quæ ab ordinario admitti non potuerunt, vt scribit
 Carol. Moli. in reg. de publican. nu. 99. qui ex hoc sentit hæ res-
 signationes admitti posse ab ordinario, si expressim fue-
 rint factæ ex causa permutationis, licet tractatus de per-
 mutando, & eius cõuentio facta sit nulla habita superioris
 mentione. Cui opinioni accedit, quod Bonifaci. ex Card.
 adnotauit in Clem. vna. de ver. permut. n. 86. vbi de conuentione
 iurata tractat. Nam renunciatõ beneficii ecclesiastici feri
 nequit sine auctoritate Episcopi, ca. nisi eũ pridem. ca. admovent.
 ca. quod in dubiis. de renun. qua ratione si fiat absque eius licen-
 tia, beneficium nondum vacat, etiam quo ad renunciantem,
 donec ipsa renunciatõ per superiorem aut per Episcopum
 ipsum admittatur: sicuti notant Abbas in c. ad aures. de hũ. qua
 ri. col. pen. Card. in d. cap. quod in dubiis. quorũ Opinio Communis est,
 vt idem Abbas fatetur in ca. quod Deitimorem. de stat. regular. quo
 fit, renunciantem beneficio ecclesiastico adhuc post ipsam
 renunciatõnem verũ habere titulum, & ius in eo benefi-
 cio, donec ea renunciatõ per superiorem admissa fuerit
 quod notant Innoc. Butrius, & Henricus in d. ca. quod in dubiis.
 Alberi in regula. quod in initio. ff. de regul. iur. Ioã. And. in regu. ra-
 tum. eod. tit. in 6. Rota antiquior 3. de renunciatõ. Fel. in c. in nostra
 Coro. 34. de rescriptis. Marti. Azpilcuet. in repetit. cap. accepta. de
 restit. spoliat. opposit. 7. illa. fo. 5. Cassad. decisio. 2. de renunciatõ.
 optime Carolus Molinæus in regul. Cancellar. de infirm. resignant.
 in prim. contra Ludoticum Gomefium ibi. quæstio. 29. Quin &
 aliud eadem fere ratione defenditur, etiam admissa renun-
 ciatõne per superiorem, & facta alteri collatione eiusdẽ
 beneficii, literis tamen nondum expeditis, beneficio eidẽ
 renuncianti collato, eundẽ ex veteri titulo id habere non
 ex nouo auctore Paulo Parisi. consil. 33. libr. 4. Ex quibus falla-
 est opinio gloss. in dicto cap. quod in dubiis. & in dicto. c. quod Deiti-
 morem. vbi Bernardus scribit, per renunciatõnem benefi-
 cij factam sine licentia superioris ipsam esse beneficium vacare
 omnino, quo ad renunciantem, licet superior possit eũ
 compellere ob vtilitatem Ecclesiæ, vt ei seruiat: quamob-
 rem non erit iniquum, imo summe æquum minoribus,
 ætatis facilitate deceptis in renunciatõne ecclesiasticorũ
 beneficiorum, restitutionem concedi.

Nec oberunt huic opinioni ea, quæ pro priori sententia
 adduximus. Primum etenim quod ex dicto §. Scavola. nota-
 7 re conatur Barbat. & Galiaul. falsum est: cum ex iuris
 vtriusque rationibus restitutio in integrum minoribus, &
 his, quibus iure concedi solet, omnino subueniat, etiam
 postquam res integra non est. inque alium sit res tranla-
 tata nouo contractũ, & titulo: siquidem in restitutione iusti-
 tiæ, qualis est hæc, quæ minoribus conceditur, bona etiam
 alijs quæ sita restituuntur, secundum Baldum, in l. vltim. nu.
 3. C. de senten. pass. Cuma. numer. 7. Iaf. numer. 37. Crottum nu-
 mero 56. Fortu. numer. 152. & Lusita. 2. par. num. 49. in dicto §. &
 quid sit tantum. Carol. Molina. in consuetud. Parisi. §. 22. numer. 39.
 quorum Opinio Communis est, & probatur in l. quod si minor. §.
 restitutio. & l. si ex causa. in princip. ff. de minoribus. Nam quod at-
 tineat ad §. Scavola. satis aperte intelligitur ex his, quæ in
 penultima prioris opinionis ratione diximus. His accedit
 quod restitutio, quæ minoribus iure, & iuste cõceditur, li-
 cet officio iudicis subsistat, in rem tamen scripta cõsetur. l.
 si ex causa in princip. & in l. causa §. interdum ff. de minoribus, ex qui-
 bus ipse colligo aduersus emptorem, & tertium possesso-
 rem posse in iudiciũ deduci à minoribus hoc restitutionis
 auxilium, etiam si principalis sit soluendo: si minoris in-
 ter sit plurimum ipsas res potius quam earum æstimationẽ
 habere: dabiturque ipsius minoribus restitutis vtilis in re
 actio aduersus emptorẽ, ac tertiu possessorẽ: iuxta dictam
 l. si ex causa. quamuis vbi parum interesset minoris ipsam re,
 vel eius æstimationem consequi, non posset hoc restituti-
 onis auxilium dari aduersus tertiu possessorẽ, & tẽpo-
 re contractus incscium rem illã à minore fuisse emptam
 nisi in subsidiu. eo nempe casu, quo is, qui cum minore cõ-
 traxerat, soluẽdo non sit, ex dicto §. interdum & notant Alex.
 consilio 67. lib. sexto, & Aymon consilio. 7. ad finem.

Secundo non obstat ratio, quam deduximus ex cap. vt. §.
 de iudic. in 6. non enim sequitur: minor vt maior potest age-
 re in iudicio, ergo si lædatur, non est ei in integrũ restitui-



tio concedenda, nam & hæc collectio infirma, & fragilis, ex pluribus, & præsertim quod minor habet legitimam personam standi in iudicio, etiam sine curatore, maiorque censetur quo ad iudicium possessorium quod is proponere veliti licet absque curatore nequeat reconueniri, text. singular. ex intellectu gloss. Bartol. & Docto. in lylr. C. qui legi. pers. stan. in iudicio hab. Panor. in c. cum dilectus, col. 3. de arbit. Et tamen minor agens interdicto possessorio, restitutionis in integrum auxilium habet, si in iudicio læsus fuerit, gloss. Bartol. Bald. & alii in l. vnica. C. si de moment. poss. tal. in l. 1. n. 10. ff. de iurisd. et omn. iudic. pulchre Alexan. cons. 80. lib. 7. Ex quo inferitur vera interpretatio ad textum in cap. vlt. de iudi. in 6. vbi cautū est. in spiritualibus posse mihiorem annis 25. vti maiorem in iudicio agere, etiam sine curatore: vt tandem restitutio in integrum ei accommodanda sit, ac concedenda, si in eodem iudicio læsio contigerit, quod ex prædictis apertissima ratione comprobatur. Sic & Ecclesia licet agere possit in iudicio, restitutionis tamen beneficium sæpillime consequitur: cap. 1. & 2. de in integr. restit. qua ratione Panor. in d. c. ex parte. nu. 16. hanc argumentationem dissoluit.

Rursus nec tertia ratio obstat, quippe quæ locū habeat quo ad substantiam Matrimonii propter eius indissolubile vinculum à consensu procedens: non tamen per hoc excluditur minor, quin restitui in integrum iure debeat, quoties in matrimonio, & aliis spiritualibus læsus esse censetur, quæ vel accidentia sunt, aut semel statuta reparari per in integr. restitutionem possunt: quemadmodū Alber. post alios opinatur in l. 1. C. si aduer. do. vbi probatur, minorem restitui in integrum posse ac debere: si circa dotem in contractu matrimonii læsus fuerit. Idem probatur in l. si ex causa. §. 1. ff. de minorib. notat optime Curtius Iunior consil. 5. n. 20. & sequent. Hinc etiam & Alexand. scribit in dict. consil. 80. lib. 7. minorem læsum in iudicio propter matrimonii confessionem, cū alioqui ipsum matrimonium nec semiplene probatum fuerit, restituendum in integrum fore: propter prædictā rationem.

Quarta ratio manifeste tollitur ex eo quod text. in d. cap. dudum. & quod ab ea adnotatum est: intelligenda sunt, vbi agitur de beneficio ecclesiastico, quod quis nondum obtinuit, acquirēdo: tunc etenim de lucro tractatur: at vbi agitur de recuperando beneficio ecclesiastico, quod quis semel obtinuerat, incauteque dimiserat, de damno euitando tractatur. & ideo huius ratione in integrū restitutionis auxilium concedendum est: licet beneficiū alteri sit collatum.

Vltima ratio posset negari, cum & in Permutatione ecclesiasticorum beneficiorū possumus vti remedio. l. 2. C. de rescindend. vendit. vti probare conatur Anton. Burg. in c. cum causa. n. 59. de emptio. & vendit. à quo ego libenter dissentio cōmuni opinionem secutus, nō enim video quo pacto possit illius constitutionis decisio permutationi beneficiorū accommodari: cum ex eo quod ibidem tractetur de rebus, pecunia pretiove æstimabilibus: tum quod in horum beneficiorū ecclesiasticorum permutatione minime conuenit quod in eadem constitutione statuitur de supplendo iustopreio ad libitum, & electionem emptoris, qui poterit si maluerit rem ipsam restituere, & quod dedit accipere, hoc vero nequaquā in hoc, quem tractamus, contractu fieri poterit. Siquidem vera simonia committitur in permutatione beneficij minoris emolumenti in redditibus cum beneficio pingui, si in compensationē reddituum aliquid temporale datur pro æquanda ipsa permutatione secundum Hadrian. quodlib. 9. artic. vlt. versic. ad quintum. nam si temporale non potest commutari cum ecclesiastico beneficio, quod spirituale censetur absque vitio simonia, quod est iure diuino, naturali, & humano satis compertum: nec etiam poterit pecuniā, aliudve temporale dari in permutatione beneficiorum pro æquando vtriusque beneficij valore. Vere etenim datur temporale pro spirituali: nec iuuat quicquā dicere, temporale dari in ea specie pro redditibus alterius beneficij, qui temporales sunt: cū hi redditus ex titulo beneficij, qui spiritualis censetur, percipiuntur: alioqui facile posset persuaderi, licet dari pecuniā pro beneficio ecclesiastico, & absq; vitio simonia, hoc expressim addito, eam pecuniā nō pro sacro titulo, sed pro temporalibus, & profanis redditibus dari, quod à vero longissime abest. vnde nec principaliter, nec accessorie in permutandis beneficiis quicquam temporale intercedere potest. vtrunque enim accedat pecunia, quodve temporale, accedit in pretiū rei spiritualis. Quam ob rem falsum est quod existiment per

cum text. Abb. in cap. ad quæst. de rer. permitt. Ang. in vers. permutatio. §. 6. Caict. 2. 2. qu. 100. art. 4. dicentes licite accedere personam in permutatione beneficiorum ad æquandum ipsum contractum: inæqualem quidem ex eo, quod alterum iniqua videtur: nec probatur in d. ca. quæst. cui conuenit ecclesiarum quo ad earum bona temporalia: non quo ad redderetur. Hadriani sententiam potius, quem Angeli confirmat, cum exigit in duarum ecclesiarum permutatione separati temporalia temporalibus, spiritualia spiritualibus commutari, vt ibi Doctor. communiter adnotant: mansane, vt licet hi contractus fegregentur, si tamen contractus, in quo de temporalibus agitur, ad contractum spiritualium respectū habuerit, vitium ibi adit simonia: quod eleganter animaduertit Dom. consil. 6. His equidē adducit, vt existimem in permutatione beneficiorum ecclesiasticorum non esse locum l. 2. C. de rescind. vend. Quod si dixeris is qui læsus est, agere poterit ad hoc, vt vel sibi reddatur beneficium, quod dimisit, vel cogatur alter ex eodem beneficio iustam pensionē, & æquam constituere ad æquandam permutationem, hoc sane an liceat, possitve hæc pensio absque labe simonia cōstitui, dubium esse censeo: nec mihi placet, nec tuta videtur hæc pensionis constitutio, quod alibi tractabitur. adhuc tamen nihil hoc perinet ad decisionem l. 2. cum hæc pensionis constitutio potius ad authoritatem superioris pertineat, quam ad priuatum, qui non potest hanc compensationē damni retribuere: & si maxime posset, cogendus nō est ob id, quod hic tractatur de æstimatione beneficij spiritualis, quod iniquū profusū censetur. Fateor tamen, minorem ex simili permutatione contractu læsum, auxilium in integrum restitutionis iuste postulare, vt si reddatur beneficium pingue, quod facilitate ætatis ductus imprudenter ob tenuē sacerdotium dimisit, ex principali quem probauimus assertionē, quæ per prædictā satis defensa videtur: & ea præsertim, ac sine dubio procedat, vbi is, cui beneficiū à minore dimissum fuerit collatum, minorem ad renunciationem induxit: cum in eo casu particeps fuerit deceptionis, quod videretur Cardi. in dict. ca. ex parte. deducere Anton. Burg. in dict. causa. de emptio. & vend. num. 60. notat Carol. Molin. in regul. Cancellar. de publ. resig. n. 195. Nec vidi vnquam dubitari in locutionibus reddituum beneficiorum ecclesiasticorum iure minoris ætatis restitutionem læsis concedendam esse: quæ item in eisdem constitutionem dicit l. 2. de rescind. vend. admittendam fore: frequenter enim in praxi contingit, de restitutionem in integrum concedi, & illius legis beneficio deceptis subueniri.

CAPVT VI.

Ad postulandum in integrum restitutionem, an sit necessarium speciale mandatum.

SVMARIA.

- 1 Restitutio in integrum potest nomine alterius postulari incidenter absque speciali mandato.
- 2 Sufficit ad petendum in integrum restitutionem mandatum speciale in causa, in qua petenda est, non exprimitur.
- 3 Mandatum cum libera administratione habens, non potest petere in integrum restitutionem sine mandato speciali.
- 4 Quid oportet in mandato clausula ratihabitionis, & an ea iudiciali sit speciale mandatum?
- 5 Coniugum in non potest petere, etiam cum cautione de rato in integrum restitutionem & inibi intellectus. l. parti pro filio. ff. de mactibus.
- 6 An consors eiusdem læsi possit sine speciali mandato petere in integrum restitutionem? & inibi intellectus capis. consensuum. de in integrum restitutionem.

Multa, variaque sunt in vtroque iure negotia, quæ mandatum exigunt speciale, & ea sane traduntur per gloss. & Docto. in ca. cor. am. de in integrum restitutio. text. gloss. & Franc. cum in cap. qui ad agendum. de procura. in 6. glo. & Felin. in ca. nonnulli. §. 2. colum. 2. de rescript. Angel. Aretin. in §. 2. institutio. de lib. per quos agere possunt. & quibus id modo transtandum erit, an ad petendam in integrum restitutionem sit necessarium speciale mandatum: expressim Iuriconsultus scribit in l. illud. in fin. ff. de minoribus. cui conuenit Pontificum decisio in dicto capitulo cor. am. idem statuit Regia l. 15. titul. 5. part. 3.